

806.

10

1792

g.

DISCEPTATIONES IVRIS
Q V A S
P R A E S I D E
D. GEORGIO STEPHANO
WIESANDIO

SERENISSIMO PRINCIPI ELECTORI SAXONIAE A CONSIILIIS SVMMI
PROVOCATIONVM SENATVS DECRETALIVM PROFESSORE PVBLICO
FACVLTATIS IVRIDICAE ORDINARIO CONSISTORII ECCLE-
SIASTICI DIRECTORE CVRIAЕ PROVINCIALIS
ET SCABINATVS ASSESSORE

DIE XXII. SEPTEMBER. A. S. R. C I O C C L X X X X I I .

H. L. Q. S.

P V B L I C E D E F E N S V R V S E S T

GOTTLOB. HENRICVS HEYDENREICH
DRESDENSI.

S P E C I M E N III.

VITEBERGAE,
LITTERIS ADAMI CHRISTIANI CHARISIL.

ERGEBNISSE DER

6 AV 2

LIPSIIDE

D. GÖTTSCHE-STPHANO
WILSANDBI

Die von der Universität Lipsia mit dem Preis
der Königlichen Akademie der Wissenschaften
vergebenen Preise für die besten
Arbeiten über die
SCHLÄFERN UND DÄMONEN

DER KUNSTSCHULE IN LIPSIIDE

1762

Die von der Universität Lipsia mit dem Preis
der Königlichen Akademie der Wissenschaften

VERGEGENSTELLT
VON DR. H. H. HEDINGER

LEIPZIG

DRUCKER UND VERLEGER

ALBRECHT

LEIPZIG 1762



I.

*Sponsalia remotis testibus, inter personas, quarum una
parentibus desituitur, contracta sunt clandestina.*

Iure Romano consensu funt nuptiae, qui etiam inter absentes per epistolam declarari potest. L. 30. D. de R. I. item L. 4. et 18. D. de *sponsal.* Nec is, qui patre ordinatus est, ad ineunda sponsalia legitima, testibus, vel alia solemnitate indiget. Conspirat cum eo ius canonicum. C. 25. et 31. X. de *sponsal.* Sed aliam formam praescripsit *Ord. matrim. Saxon.* anno 1624. promulgata, quae *Tit. von Ehe-Gelöbnissen* in *Cod. August.* T. I. p. 1020. sic constituit: *wo auch zweo Personen, so beiderseits keine Eltern haben, sich ohne jemands Beyseyn, oder auch in Gegenwart eines Zeugen alleine, mit einander in Ehe-Gelöbniß eingelassen, so soll dasselbe vor ein heimlich Gelöbniß gehalten, und, da sie sich beiderseits gleich darzu bekennen, dennoch so ferne unbiändig erkannt werden, bis beyde Personen solches durch öffentlich Gelöbniß vor ehelichen Leuten freywillig wiederholen und bestätigen.* In eo vero omnes consentiunt, tunc, quando utraque pars parentibus est orba, duos testes esse necessarios. Sed, quid statuendum sit, si una tantum parentes habeat superstites, inter doctos viros haud conuenit. Bergerus olim in *Resolut. Lauterbach.* p. 524. seq. hanc sanctiōnem ad utramque speciem pertinere, existimauit. Postea vero sententiam mutauit eamque ad speciem, quando utraque

¶ ¶ ¶

pars parentibus desituitur, restringendam esse putauit in *Suppl. ad Elec. process. matrim. p. 130. seq.* et in *Oeconom. iur. Lib. I. Tit. 3. §. 4.* Neque negandum, ipsis *Sandionis* laudatae verbis duntaxat exprimi eam speciem, quando utraque pars parentibus est priuata: Sed ipsa legis ratio suadet, vt contraria opinionem amplectamur. Ius enim Saxonum discriben statuit inter sponsalia publica et clandestina. Si parentes adhuc viuunt, eorum quidem consensus est necessarius, sed is solus ad sponsalia legitima sufficit, vt ideo testibus haud opus sit. Si vero vna tantum pars parentibus adhuc vtatur, altera iisdem careat, consensus parentum superstitum, vnius tantum partis promissionem iuuat et firmat, defectum vero, qui ab altera parte contingit, supplere non potest, propterea quod consensus parentum in nuptias liberorum, ad formam pacti sponsalitii requiratur, ne reuerentia iisdem debita laedatur. Hic igitur consensus quidem vim et auctoritatem tribuit sponsalibus, quae ipsorum liberi contraxere, sed ideo parentes non simul tamquam testes partis alterius erunt considerandi. Fac enim, solum patrem vnius esse superstitem, alterum vero vtroque parente esse orbum, putasne, vnius testimonium tantae esse auctoritatis, vt inde nascantur sponsalia publica? Eam vero, quam in praesenti tuemur, sententiam in Consistorio Lipsiensi esse receptam, atque a Regimine Electorali suisce confirmatam, testatur Küstnerus ad Deylingii *prudent. pastoral. p. 532. seq.* Adde Illustr. Schotti *Institut. Iur. Sax. p. 108.*

II.

Onera ecclesiastica arusticis subeunda ita sunt distribuenda, vt vni hubario (Hüfner) aequiparentur quatuor hortulanis (Gärtner) et octo casarum possessores (Häusler.)

In terris Protestantium onera in utilitatem ecclesiae subeunda, veluti onus reficiendi aedificia ecclesiastica, principiter paliter

paliter incumbunt aerario ecclesiastico, in subsidium vero eadem subire coguntur parochiani, vti copiosius ostendit Boehmerus in *dissert. de iur. et oner. refic. eccles.* §. 46. seqq. Quomodo vero eiusmodi onera, ne quis iusto durius graueatur, sint distribuenda, saepenumero queritur. Ipsa quidem aequitas praecipit, vt in primis ad vires patrimonii, quod quis possidet, respiciatur. Rusticorum quidem patrimonium praecipuum consistere solet in agris, pratis, siluis et hortis. Maximos quidem redditus vulgo percipere solent ex agris, vt ideo nonnulli haud temere statuant, si de hac re iure prouinciali vel statutario nihil sit cautum, secundum indolem et numerum agrorum eiusmodi onera esse imponenda. Confer. Boehmeri *ius paroch.* *Sezt. 7. cap. 3. §. 9.* Concedimus, hic potissimum esse attendenda partim pacta specialia, partim vero res iudicatas ac loci cuiusvis consuetudines. Quodsi ea omnia deficiant, iudex prudenter ex regulis aequitatis naturalis, secundum conditionem parochianorum saepe diuersam, onera distribuere debet. Adi Hornii *dissertat. de praefat. parochianor. et dotal.* *cap. 2.* Forenes eiusmodi oneribus non esse obnoxios, probare studuit Andr. Florens Riuius in *dissert. de hoc argumento*, Vitemb. 1745. edita. Olim quidem in Saxonia certa regula, quomodo controversiae desuper ortae fuerint dirimenda, haud fuit praescripta. Hoc tantum in vniuersum fuit constitutum, vt sumtus aedificiis ecclesiasticis exstruendis vel reparandis necessarii subministrarentur principali ter ex aerariis ecclesiasticis, ob inopiam vero praestarentur a parochianis. Ita enim sanxit *Ordin. eccles. Saxon. Art. general. 32.* die Pfarr - Kirchen, Pfarr - Häuser und Kirchnereyen sollen nach Gelegenheit jedes Orts so viel möglich, von der Kirchen Einkommen erbauet werden; wo aber dasselbe füglich nicht geschehen könnte, soll von den



Eingepfarrten, ob sie gleich nicht unter einer, besondern
 vielen Herrschaften gesessen, eine gemeine Anlage zu sol-
 chem Bau gemacht, darzu sie auch von ihren Erb-Herren
 ernstlich und unweigerlich sollen gehalten werden. Eandem
 sanctionem repetit *Decret. synod. de 1624.* §. Wir erfah-
 ren nicht weniger. Ea de causa praxis mirum in modum
 variauit. Modo enim sex hortulani et duodecim inquilini,
 modo plures vel pauciores vni hubario fuere aequiparati, vti
 satis intelligitur ex iis, quae Carpzouius in *Iurisprudent. con-*
sistor. Libr. 2. def. 342. tradit Haec iuris incerti incommo-
 da sustulit optimus Princeps *Rescripto d. 22. Iulii 1772.* ad
 Consistorium Vitembergense missio, cuius quidem verba hic
 inserere non erit inutile: nachdem Wir den von den Bewoh-
 nern derer auf Ritter-Guths Grund und Boden erbaueten
 Häuser zu leistenden Beytrag zu den geistlichen Praestan-
 dis betreffend, in Ansehung, daß selbige Häußler nicht nur
 ihre Grundstücke eigenhümlich besitzen, sondern auch die
 Sacra mit geniesen, es bey der zeitherigen Observanz, nach
 welcher 2 Halbhüsnner, 4 Gärtner und 8 Häußler für eine
 Huse gerechnet und nach dieser Proportion der Beytrag
 eingetheilet wird, fernerhin bewenden zu lassen uns ent-
 schlossen; Als begehrten Wir andurch gnädigst, ihr wollet
 euch darnach in vorkommenden Fällen gehorsamst achtem,
 sowohl auch die unter euch stehenden Superintendenten
 und, wem sonst nöthig, diesen gemäß, behörig bescheiden.
 In oneribus saecularibus eundem modum contribuendi seruari,
 apparet ex *Rescripto de 1747.* quod in Schaumburgs Einlei-
 tung zum Sächsischen Rechte in editione, quae 1768. prodiit,
 P. I. p. 213 adducitur.

III.

84

*Sumtus dignitati academicae consequendae impensi ab one-
re collationis sunt immunes.*

Eum honorem artibus liberalibus iam habuere Romanis, ut pecuniam iis discendis impensam oneri collationis exemerint. Ita enim Ulpianus in l. 50. D. *famil. ercise.* tradit: *quae pater filio emancipato studiorum causa peregre agenti subministravit, si non credendi animo pater mississe fuerit comprobatus, sed pietate debita ductus, in rationem portio- nis, quae ex defuncti bonis ad eundem filium pertinuit, computari aequitas non patitur.* Hoc iure adhuc in nostris foris vtimur, ut ideo sumtus a patre in libros comparandos facili eadem immunitate fruantur. Stryck. in *Vsi modern. Pandectar. Libr. 37. Tit. 7. §. 7.* Sed hac occasione aliam quaestione proponimus, num scilicet pecunia ad consequendam dignitatem academicam erogata a collatione immunis sit? Licit vero dignitates, quae hodie in nostris academiis tribui solent, tamquam praemia doctrinae legitimis speciminiibus satis probatae, Romanis prorsus fuerint incognitae; nihil tamen impedit, quo minus ea, quae ius Romanum de pecunia a patre in dignitatem filii impensa tradit, ob paritatem rationis et ob fauorem causae, hic applicemus. Vtimur vero auctoritate Ulpiani, qui in l. 1. §. 16. D. *de collat.* ita statuit: *sed, an id, quod dignitatis nomine a patre datum est, vel debetur, conferre quis in commune cogatur, videamus?* Et ait Papinianus libr. XIII. *Quaectionum, non esse cogendum: hoc enim propter onera dignitatis praecipuum haberi oportere.* Sed si adhuc debeatur, hoc sic interpretandum est, ut non solus oneretur is, qui dignitatem meruit: *sed commune sit omnium heredum onus hoc debitum.* Est vero aequitati consentaneum, ut pecunia dignitati mere personali,

quae



quae non alia habet adiuncta emolumenta, asequenda im-
penſa, collatione non sit obnoxia. Neque obstat L. 30. §. 2.
C. de inoff. testam. qua quidem sancitum, vt id, quod militiae
consequendae fuit impensum, conferatur. Etenim militiae
fuit certum stipendium annexum, vt ideo inde filius lucrum
aceperit. Aliud vero dicendum de dignitatibus, quae hodie
in academiis viris doctrina excellentibus conferuntur. Hae
vti non sunt in commercio, ita et venditione, vel aliis titulis
onerosis in extraneos transferri non possunt. Neque cum iis
certa emolumenta coniuncta sunt, sed viam duntaxat muni-
unt, lucro in posterum percipiendo commodam. Huc acce-
dit praesumta patris liberalitas, quippe qui donasse videtur filio
pecuniam, quam is, patre iubente, vel saltim suadente ac pro-
bante, ideo impendit, vt ad gradum Magistri philosophiae,
Doctoris, Licentiati aliumque similem ascenderet. Interest
quoque reipublicae, incrementa studiorum liberalium quavis
honesta ratione amplificari. nostram opinionem litteris val-
de amicam dudum defendere alii, ex quibus hic nominasse
sufficit Voetium in *Libr. de famil. erciscund.* Cap. 8. §. 11.
Carpzov. Part. 3. Conſt. II. def. 17. et Bergerum in *Oecono-
nom. iur. lib. 2. Tit. 4. §. 51, 8.* Sed eadem lege publica apud
nos fuit comprobata. Ita enim constituit *Decif.* 50. d. a. 1661:
daß der gleichen Unkosten, so zum studieren oder Erlangung
eines Gradus aufgewendet, die Kinder nochmalen bey der
Eltern Verlaffenſchaft und Erbtheilung zu conferiren oder
an ihrem Erbtheil kürzen zu lassen nicht schuldig, solches
iſt in Rechten, wenn es gleich von etlichen anders ausgelegt
wird, nicht unentlichen verſehen, bey welchen wir es al-
lerdings bewenden lassen. Philippi in *Observat.* 2. ad hanc
Decif. testatur, Scabinos Lipsienses ad sumptus priuilegiatos
etiam retulisse eos, qui obtinendo Notarii titulo impensi fue-
runt.

Emancipatio particularis reliquos effedus patriae potestatis hand tollit.

Romanis videbantur haec sibi contraria, vt quis pro parte liber, pro parte vero seruus haberetur. Hinc Julianus in l. 30. D. de liberal. caus. ita tradit: duobus potentibus hominem in servitutem pro parte dimidia separatim, si uno iudicio liber, altero seruus indicatus est, commodissimum est eo usque cogi iudices, donec consentiant: si id non continget, Sabinum refertur existimasse duci seruum debere ab eo, qui vicisset: cuius sententiae Caius quoque est, et ego sum. Et sane ridiculum est arbitrari, eum pro parte dimidia duci, pro parte libertatem eius tueri: commodius autem est favore libertatis liberum quidem eum esse, compelli autem pretii sui partem viri boni arbitratu viatori suo praestare. Statuere quoque, haec inter se non confistere, vt quis eodem tempore sit sui iuris et potestati patris adhuc subiectus, si discesseris a causis publicis, in quibus filiusfamilias pro patresfamilias habebatur, veluti si magistratum gereret, vel tutor daretur. L. 9. D. de his, qui sui vel alien. nr. Ut nostrae sententiae auctoritatem conciliemus, prouocamus ad l. 13. C. de sentent. pass. ita conceptam: *in quaestione testamenti, quod deportati filius, remeante patre, secisset, remotis Vlpiani atque Pauli notis, Papinianni placet valere sententiam, vt in patris sit filius potestate, cui dignitas ac bona restituta sunt. Ita tamen, vt gesta per filium, cuius consilia legitima actas firmaverat, rata sint, eodem in potestatem patriam redeuntem, ne eorum rescissio efficiat, (quod est maxime absurdum) eodem tempore nec in patris, nec in sua quemquam fuisse potestate. Scilicet pater deportatus amittebat potestatem*




tem patriam. Eandem vero Principis indulgentia in pristinum statum restitutus, recuperabat. §. 1. I. quib. mod. ius potestat. Quae filius interim gesserat, ea, quia hoc quidem tempore sui iuris fuerat, manebant rata. Germani fictionem iuris Romani, patrem et filium vnam personam efficiere, haud probarunt. Confer Rivini *dissert. de figurant. fili. unitat. person. inter patr. et fil.* Apud nos pater cum liberis iustae aetatis contractus inire non prohibetur. Quodsi cum iis, qui nondum attigere aetatem legitimam, contrahere velit, necesse est, ut liberis curator in hunc finem constituatur. *Decis. 14. d. a. 1746.* Obtinet quoque moribus nostris emancipatio particularis eo consilio suscepta, ut pater cum liberis contractum inire possit validum. Hoc potissimum contingere solet in rusticis, qui praedia sua liberis ideo vendunt, ut ex iis in posterum capiant alimenta vitae necessaria. Tunc vero, ut emtio venditio rite expediatur, emtorem filium ad hunc actum emancipant. Quem quidem morem usus fori tuetur. Wernher. *Part. 3. Obseruat. 248.* Berger. in *Oeconom. iur. Libr. 1. Tit. 3. §. 16.* Quin pater, dum a magistratu petit, ut filio curator constituantur, eum tacite emancipasse videtur. Leyser. *Specim. 21. Medit. 5.* Dum vero pater filium pro parte emancipat, patriam potestatem non in totum amittit, sed eam, si speciale negotium, quod cum filio gessit, exceperis, quoad iura reliqua, habet saluam. Neque id rationi iuris est contrarium, cum quis iuribus, quibus vtitur, et fauori pro se introducto pro parte renunciare non prohibeatur. Inde vero sequitur, ut potestatem administrandi reliqua bona filii in specie emancipati, etiam iisdem vtiendi ac fruendi retineat. E contrario filius haud libero vtitur arbitrio, ut ideo sine consensu patris, negotia maioris momenti expedire haud possit.

Hodie leuteratio ideo, quod quis eam ore haud fuerit profecutus, pro deserta non habenda.

Erat olim in Germania moribus receptum, ut partes litigantes desideria sua iudici breuiter ore exponerent. Heineccius in *Element. iur. German.* L. 3. T. 4. §. 156. Licet vero postea iura peregrina in foris nostris vbi vis fuerint introducta; remansere tamen passim prisci moris vestigia. Quin legibus Saxonis expresse fuit constitutum, ut quaedam in iudicio ore sint proponenda, veluti litis contestatio, contumaciae accusatio atque alia, de quibus conferenda illustr. Praesidis *Opuscul.* p. 136. *seqq.* Est quoque *Confl.* 19. P. 1. sanctum, ut prosecutio leuterationis in termino praefixo ore expediatur. Si quis formam hac lege praescriptam neglexisset, leuteratio olim pro deserta fuit declarata. Riuinus in *Ennuntiat.* Tit. 35. §. 10. Hoc etiam tunc accidit, quando Actuarios, ut illa in scriptis fieret, confenserat. Wernher. *Tom. III.* P. 2. *Obseruat.* 269. Sed cum tempus leuterationibus ore quoad materialia eo, quo par erat, studio vberius deducendis non sufficeret, in iudicis quoque amplioribus deesset copia eorum, qui omnia ore exposita calamo exciperent, is mos inualuit, vt duntaxat initium prosecutionis ore proponeretur, reliqua vero ex schedis, quas caussarum patroni iudici obtulerant, describerentur. Ita vero fieri coepere expositiones grauaminum tam copiosae, vt euentus consilio legum, quae gratam ipisque litigatoribus commodam breuitatem suasere, parum responderit. Antiqui moris sollemnitas nunc impune negligitur. Iuuat hic afferre *Rescriptum Principis* d. 9. Januar 1788. ad dicasteria Vitembergensia transmissum, ita conceptum: *Wir haben zu bemerken gehabt, daß in rechtlichen Streitigkeiten von den Sachwaltern hin und wieder*



über das in der I^{ten} und IX^{ten} Constitution des ersten Theils
 der Churfürstl. Sächsl. Landes-Constitutionen angeordnete
 Verfahren von Mund aus in die Feder, weitläufige Discep-
 tationes erreget und, da die rechtsprechenden Collegia und
 die Dicasteria deshalb nicht auf gleiche Weise erkannt, da-
 durch den Partheyen vielfältige Unkosten und sonstiges oft
 großes Nachtheil verursacht worden. Nun werden Wir
 zwar in der des nächsten zu publicirenden neuen Proceß-
 und Gerichts-Ordnung, wie es mit dem Einbringen der
 rechtlichen Gesetze in Proceß-Sachen künftig gehalten und
 in welcher Maße die Sachwalter zu Anwendung gehöri-
 gen Fleisses bey denen ihnen obliegenden Ausarbeitungen
 und zu deren bestmöglichster Beschleunigung angewiesen
 werden sollen, gemessne Anordnung ertheilen. Damit a-
 ber bey denen immittelst annoch vorkommenden Rechts-Strei-
 tigkeiten, die Partheyen vor denen durch die obgedachten
 Disceptiones über das Verfahren von Mund aus in die
 Feder, für sie erwachsenden Nachtheile gefichert werden
 mögen; so befinden Wir für gut, daß fortan auf den Um-
 stand, ob die Sätze in Proceß-Sachen von dem Sachwalter
 von Mund aus in die Feder eingebracht worden, oder nicht,
 weiter keine Rücksicht genommen werde und begehren dannenhero hierdurch
 an euch, ihr wollet eures Orts euch hiernach gehorsamst achten, mithin im
 Rechtsprechen, die in Actis über sothane Formalität wahrzunehmenden
 Streitigkeiten der Advocaten, es mag deshalb eine Ungehorsams-Be-
 schuldigung eingebracht seyn, oder nicht, übergehen, und dagegen das
 Erkenntniß iedermal auf dasjenige, was sonst nach Beschaffenheit der
 meritorum caussae und der Lage des Processus, Rechtens ist, richten.
 Cum ratio legis in eo sit posita, vt ambages inutiles, quae lites faepe ni-
 mis protrahunt, exentur, iam Dicasteria Vitembergensia leuterationem
 ideo, quod eiusdem prosecutio haud sit ore facta, amplius pro deser-
 te non iudicant.



Wittenberg, Diss., 1792/93

ULB Halle
006 009 964

3





B.I.G.

800s.

DISCEPTATIONES IVRIS
Q VAS
PRAE SIDE
D. GEORGIO STEPHANO
WIESANDIO

SERENISSIMO PRINCIPI ELECTORI SAXONIAE A CONSILIS SVMMI
PROVOCATIONVM SENATVS DECRETALIVM PROFESSORE PUBLICO
FACVLTATIS IVRIDICAE ORDINARIO CONSISTORII ECCL.
SIASTICI DIRECTORE CVRIAEC PROVINCIALIS
ET SCABINATVS ASSESSORE

DIE XXII. SEPTEMBR. A. S. R. cIcccccLXXXIX.

H. L. Q. S.

PVERICE DEFENSVRVS EST

GOTTLOB. HENRICVS HEYDENREICH
DRESDENSIS.

SPECIMEN III.

VITEBERGAE,
LITTERIS ADAMI CHRISTIANI CHARISII,